



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

25 De Purgatorio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

DE PURGATORIO. 147

identale Laurentius in cœlo habe-  
bit de hoc q̄ satisfactio sua soluit  
pro Ioanne. Et ita opera sanctorum  
quatenus satisfactoria, & pœnalia  
remunerantur ipsis sanctis, etiã in  
his quibus p̄ indulgētiis applicatur

Hæc Tilmannus.

DE PURGATORIO.

XXV.

Purgatorium esse satis constat ex  
scriptura, ecclesia, & patribus.

**S**i quis superedificat super fūda-  
mentū hoc, aurum argētum,  
lapides preciosos, ligna stipu-  
lā, vniuscuiusq; opus manifestū erit  
dies enim domini declarabit, qui  
in igne reuelabitur, & vniuscuiusq;  
opus quale sit, ignis probabit. Si cu-  
ius opus arserit, detrimētū patietur  
ipse autē saluus erit, sic quasi per ig-  
nē. Liquet facientē etiã opera cre-  
mabilia, sicut patet in die iudicij par-  
ticularis vniuscuiusq;, eum tamen  
saluum fieri per ignem, nō inferni,

1. Cor. 3

**T** quis

DE PURGATORIO

quia ibi nulla est redemptio. Sic intellexerunt illum locū Pauli, b. Ambrosius, b. Hieronymus, b. Augustinus, b. Gregorius, Alcuinus.

**Mat. 5** Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcere

**Luc. 12** mittaris, amē dico tibi, nō exies inde, donec reddes nouissimā quadrātem, Hunc carcerem beatus Ambrosius intelligit purgatorium.

**Mat. 12** Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, nō remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro.

**4. dial. & habe + dif. 25. c. qualis Idē Aug. li 21. de ci. dei ca. 24.** Beatus Gregorius illa verba ponderat, & dicit: De quibusdam culpis ante iudiciū purgādis ignis credendus est, pro eo quod veritas dicit, qui dixerit verbū contra spiritū sanctum, &c. in qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam in futuro relaxari. Ita etiam intellexit beatus Bernardus  
super

super Cantica.

Antiquitus provocabantur viuent **Luc. 3**  
 tes per instrumenta musica, ad la-  
 mentum, & compassionem super  
 mortuos, vt attente orarēt pro eis.  
 Aliās enim lugere non esset nisi in-  
 sanire.

Panem tuum, & vinū tuum super **Tob. 4**  
 sepulturam iusti cōstitue, vt s. pau-  
 peres inde refectioni, pro defuncti salu-  
 te deum deprecentur.

Iudas Machabæus facta collatio **2. Mac. 12**  
 ne, duodecim millia drachmas ar-  
 genti misit Hierosolymam, offerri  
 pro peccatis mortuorum sacrificiū.  
 Bene & religiose de resurrectione  
 cogitans, nisi enim eos, qui cecide-  
 rant resurrecturos speraret, vanū vi-  
 deretur & superfluū orare pro mor-  
 tuis &c. Sancta ergo & salubris est  
 cogitatio, pro defunctis orare, vt  
 à peccatis soluantur. Is liber est in  
 Canone Ecclesiæ, vt testatur pro-  
 logus ei præfixus, & Beatus Augu-  
 stinus

T 2

stinus

## DE PURGATORIO

stinus decimo octauo, libro de ciuitate dei, & canon concilij Carthaginen, licet non fuerit inter canonicos libros habitus apud Iudæos, vt testatur beatus Hieronymus in galearo prologo. Sequitur negantem libros Machabæorum esse canonicos, non esse filium ecclesiæ, sed spirituum synagogæ. Et Luther met fateatur se scire esse purgatoriũ in disputatione Lipsica, quomodo ergo rem tanti momenti, sicut est purgatoriũ, spiritus sanctus nõ reuelauit in scripturis?

Græci hanc hæresim recognouerunt & abiurauerunt in cõcilio Florentino.

**Phil. 2** In nomine Iesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Palam est autem ( quantum ad hos attinet ) qui subtus terram in gehenna sunt, & nec genua flectant nomini Iesu, quin contra potius ipsum iugiter blasphement, sunt ergo  
impur-

in purgatorio qui genua flectunt.

Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & super terrâ, & subtus terrâ & mare, & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes: Benedictio sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas, in sæcula sæculorum. Triplicem hic ponit ordinem laudantium deum, scilicet in cœlo beatorum, in terra iustorum, sub terra purgandorum, quia damnati non laudant deum, nec benediciunt sedentem in throno. Apoc. 5

Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda, approbat suffragia pro mortuis faciendâ authoritate ecclesiæ. Ita inquit: In secundo Machabæorum libro legimus, oblatum pro mortuis sacrificium: sed si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua est vniuersæ ecclesiæ (quæ in hac consuetudine claret) authoritas, vbi in precibus sacerdotum, quæ domino deo ad eius altare funduntur,

## DE PURGATORIO.

tur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Hæc suffragia petijt Monica mater Augu. ex altaris sacrificio.

Li. 9. cōfessionum in fine.

Beatus Ambrosius de obitu Theodosii meminit, quur in ecclesia Dei peragatur, primus, septimus, trigesimus, defunctorum.

Damascenus affirmat morē orandi pro defunctis, ab apostolorū traditionibus manasse.

Augustinus quæstione prima de Dulcitiij quæstionibus testatur purgatorium.

Ca. 7. eccle. hierarchi.

Chryf. proprio sermone agit, suffragia prodesse mortuis. Dionysius inquit: Quod autē iustorū preces etiam in vita ista, & nedum post mortem ijs solis profint qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacro sancta traditio. Accedēs deinde (delato scilicet funere intra templū) venerandus antistes pacem suam super mortem peragit, postq̄ precem & ipse præsul

præsul eum salutat, & suo deinceps ordine, qui astant omnes. Precatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata, defuncto, eumq; in luce statuatur, & regione uiuorum, in sinibus Abrahamæ, Isaac, & Iacob, in loco unde effugit dolor, tristitia, & gemitus. Hæc Dionysii, apostoli Pauli discipulus. Ita docuit, & tenuit sancta mater ecclesia, & omnes orthodoxi.

Purgatorium etiã conuincitur ex animarũ apparitionib. quas etsi Luther irrideat: tamẽ in Machabeis legitur Oniam & Hierem, apparuisse Iudæ: Christo transfigurato apparuerunt Moyses & Helias, & discipuli Christo resurgente, putabant se spiritum videre: qd nequaq; putauissent nisi sciuissent defunctorum spiritus nonnunquã apparere: vide lib. 4. Eccl. de Purgatorio.

2. Mac. 13

Mat. 17

Mar. 9

Luc. 9. 28

Obijcit Pighardus.

T †

Chri



CE PURGATORIO.

Luc. 7 1 Christus prohibuit viduæ. Noli flere: sed si esset purgatorium, deflendus fuisset mortuus.

Hier. 22 2 Hieremias inquit: Nolite flere mortuum: neq; lugeatis super eum fletu.

2. Thess. 4 3 Paulus ait: Nolumus vos ignorare fratres de dormientib; vt nō contristemini sicut & cæteri.

4 Cyprianus secundo admonet fratres, ne fleant super his qui migrarunt ex hac vita.

5 Chrysof. lamentari eos, qui ab hac vita decedunt ex pusillanimitate contingit.

¶ Respondet Christianus.

Christus mox erat mortuum resuscitaturus: ideo prohibuit matrē a fletu: Neochristiani nullum ex mortuis resuscitant.

De secūdo.

Hieremias voluit non plangēdū regē Ioachas captiuum in Aegypto sed alios reges sequentes, sub quibus Iudæi plus tribulabantur.

Trunca

Truncate adducitur Paulus, qui De tertio  
ait, sicut cæteri qui spem nō habent  
Itaq; deflere mortuum ex desperati  
one futuræ resurrectionis est ma-  
lum, quod non facit ecclesia c. vbi-  
cunque. 13. q. 2.

Secundum prædicta intelligantur De 4. & 5.  
Cyprianus & Chrysoſt. quando ali-  
quis defleret mortuum ex diffiden-  
tia, quasi perpetuo illum amiserit.  
Vide Tom. 2. Homil. dominicæ. 17.  
post pente.

## DE ANNATIS.

## Cap. XXVI.

**A**nnatas id appellāt in curia  
Rom. quod ordinarij loco-  
rū nomināt, medios seu pri-  
mos fructus, & pro cōfirmatiōe epī-  
scopi, solent appellare, redēptionē  
palli, quū tamen proprie solus epi-  
scopus Bambergēsis in Germania  
habet palliū & archiepiscopi.

Filijs autem Leui dedi omnes de- Num. 18  
cimas Israel in possessionem pro mi-

T 5 niste-